Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

angelus siue alius · nolite inquit expauescere · Iesum queri
tis nazarenum · crucifixum · Surrexit · non est hic · Ecce loc
ubi posuerunt eum · S; ite dicite discipulis eius & petro · quia
precedet uos in galileam · Ibi eum uidebitis sicut dixit uobis ·
Hec uerba ita uidentur sonare quod ihe non erat se demonstra
turus post resurrectionem discipulis · nisi in galilea · quam
demonstrationem nec ipse marcus comemorauit · qui cum
dixit primo mane sabbati · apparuisse primo Marie magda
lene · & illam nuntiasse discipulis his qui cum eo fuerant lu
gentib; & flentib · illos autem non credidisse · post hec de
inde duob; ex his apparuisse eunti; in uilla · & illos ceteris
nuntiasse · quod factum est sicut lucas & iohes contestant
in ierlm · eodem ipso die resurrectionis initio iam noctis ·
Deinde uenit ad illam eius manifestationem quam nouissima
dicit recumbentib illis undecim · post hanc dicit eum assum
tum in celum · quod factum scimus in monte oliueti non
longe ab ierlm · Hi usquam igitur comemorat mare com
pletum quod ab angelo prenuntiatum ee testatur · Marhe
uero nichil aliud dicit · nec illum alium locum omnino
comemorat · uel antea uel postea ubi discipuli postea
quam resurrexit uiderunt dnm nisi in galilea secm
angli predicationem · Deniq; cum insinuasset quid ab
angelo mulierib dictum sit · & illis abeuntib subiecisset
quid de corruptis admeniendum custodib; gestum
sit · continuo tamquam nichil aliud sequeretur · quia
& reuera sic erat dictum ab angelo · surrexit · & ecce prece
det uos in galileam · ibi eum uidebitis · ut nichil aliud
sequi debuisse uideatur · Undecim autem inquit disci
puli abierunt in galileam in montem ubi constituerat